filiū dei cōculcauit: et sāguīne testamēti polluīt̄ dixerit: in quo san
ctificatus ē: cōsidereing igit̄ re nostra dilectissimi: cū bonis talis
fruamur bonis. et cū turpe aliquid aūiz subit: cū ira uel re uel
uerbis rapimur: quid mereamur: quē spm accepīng nobis cum
reputeing: et irrōles nostros cohibeamg affectus. hec cogitatio
nostra sit. Quousq; rebus pūtibg īcūbemus? Quousq; nō excitabi
mur? Quousq; nullā saluti nostre curā adhibebimg? Intelligamus
quot ī nos beneficia cōtulit christo. gratias habeamg. Glorificemg
nō fide tantū/ sed et opibg: ut futura bona cōsequamur/ gr̄a et be
nignitate dñi nr̄i ihesu christi/ per qñ et cū quo patrī cū
simul et spū sancto ī celo secula

Dixit ergo eis ihesus: amē amē dico uobis. Nisi mānducā omelia 84ª
ueritis carnē filiī hois/ et biberitis eg sāguīne nō habe
bitis uitā ī uobis. Qui mānducat carnē meā et bibit sāg
uīnē meū: habet uitā ēnā. Cui de rebus spiritalibg disputamg:
mehil seculare sit ī animis nostris/ mehil terreū. Sed omnia
hmodi abeāt: omnā relegetur: Diuinos dūtaxat sermones

audiamꝰ. Nam si aduemente rege oīs sedat² tumultus: multo
magis spū nos alloquēte multo nobis silentio multa admratiōe
opus est. Admiratione nāq; digna sunt: que hodie exponuntur.
Amē inquit amen dico uobis nisi māducaueritis carnē et bibe
ritis sanguinē meū nō habebitis uitā in uobis. Et enī cū id fieri
posse negarent: nō solū nō impossibile sed et necessariū asserit.
Qui māducat carnē meā et bibit sanguinē meū: habet uitā
eternā: et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Nam cū dixisset
si quis manducaret ex hoc pane nō moriet² mentiū: et credibi
le esset eos dicturos quēadmodū supius. Abrahā mortuꝰ ē et pro
phete mortui sunt: et quō tu dicis nō gustabit mortem: resur
rectionē ponit. per quē soluit questionē: q nō morietur ī fine.
frequēter q aut in mysteriis versatur/et oīo id fieri oportere
demōstrat. Quid aut significat. Caro mea uere est ibꝰ: et sāguis
meus uere ē potus. dixit q is ē uerꝰ cibus: qui saluat aiam: aut
ut eos in p̄dictis cōfirmet ne obscure loquutū et in parabolis
arbitrarentur: sed oīno māducandū ipius corpus ītelligēt.
Inde inquit qui māducat carnē meā et bibit sanguinē meū
in me manet. Quod dicit ut cū ipō se admisceri ostēdat. Quod
aute sequitur nō bn supioribꝰ iungi uidet². Queramꝰ igitur que
nā hec sit cōsequētia. Cū dixisset. Qui māducat carnē meā et
bibit sanguinē meū in me manet: nō absurde prosequitur.
Sicut misit me uiues et ego pater et ego uiuo propt patrē. Nam
cū sepe repetisset uitā eternā: ad id cōfirmādū addidit: ī me
manet. Si in me ꝑspicuū manet: et ego uiuo: et qui me sumit uiuturꝰ
est. Inde inquit sicut misit me uiues pater et ego uiuo propt
patrē. hec cōparatio ē et similitudo: hoc est uiuo ego ut pa pater: et ne
gemtiū arbitrareris addidit propt patrē: nō q operationis a
liciuig necessitate ad uitā habeat. Supius em ea amouit suspi
tionē. Sicut pat habet uitā in semetipso: sic dedit et filio uitā
habere in semetipso. q si operatione indigeret: mutemur aut
pater nō ita dedisse et falsa esset oīo: aut si ita dedit: nullo alio
indigebit auxilio. Quid ergo significat propt patrem. Causā
tantū sicut uiuit pater: ita ego: et qui māducat me: et ille
uiuit propter me. Vitā aut hoc in loco nō qualēcūq; sed probata
dicit: quod inde cōstat: q et infideles oēs/et nō iniciati/et qui
eig carnē nō manducat: uiuit tamē. Quare mimme dubiū ē:
qui illam intelligat. Dicit ergo. qui māducat carnē meā: in

morte nō pibit

xlvii

morte nō ꝑibit: neq; dānabitur. Sed neq; de cōi dicit resurrectione.
Siquidē omēs resurgent/ sed declara illa et gloriosa: q̄ prenniū me-
retur. patres uestri mānducauerūt mānam deserto: et mortui
sunt. Qui mānducat hūc panē uiuet meternū. frēq̄ter idē repe-
tit: ut auditorū animis ī primatur. Vltima em̄ hec erat doctrīa:
ut resurrectionis/ et eterne uite fidem cōfirmaret. Quo circa p9
uite etne promissionē/ resurrectionē proponit/ postēq; illam
futurā ostendit. Et ꝯ unde hoc cōstat: a scripturis: ad quas
eos semper relegat: ut mde eruditiatur. Cum autē dare uita
mūdo dicit: m emulationē eos adducit: ut si alioꝝ bono mo-
uentur. nolmt ipi exhuidi. frēq̄ter autē mane memmit
et dram cōferendo ad fidem allicit. Nam si possibile sit fuit:
ut quadraginta annos sine messibus et frumēto/ et alīs
ad uictū necessarīis uiuerent. lōge magis nūc: cū ad ma-
iora uenerūt. Nam si m illis figuris sine labore expositū
colligebant: nūc profecto magis. Vbi nulla mors. et uere ui-
te fruitio. Vite autē ubiq; memīt. Nam eq; trahimur cupi-
ditate et nichil satiamus q̄ nō mori. Et em̄ mueteri testame-
to longa uita/ et multi dies promittebātur. Nūc uō nō sim-
pliciter uite longitudo/ sed uita sine fine promittit. Siml'
et ostendere uult: q̄ ex pcto supplitiū nūc reuocat: et smāz
illam mortis soluendo/ et uite sempitne īducendo cōtra su-
periorū tēporū mstitutionē. Hec dixit m synagoga docens
m capernaū. Vbi multa miracula fecerat. Quare maxime
audiēdq; erat. Quania autē grā. ī synagoga dicit et ī tēplo.
cū ut multitudinē traheret: tū ne patri cōtrariū se esse os-
tenderet. Multi ergo ex discipulis eius audītes dixerūt. Durq;
est sermo hic: hoc ē asper: difficilis ītellectu. Atqui nichil tale
dicebat. Neq; em̄ de uita sed de doctrīa differebat: ut ī sui fidem
traheret. Quid go dicq; ē sermo: Hū q̄ uitā adnūciat et resur-
rectionē: q̄ ex telo se dixerit descendisse: an q̄ salutē fieri ne-
mo posset: qui eius carnē nō mānducaret. Hū hec dura sūt.
Et quis dixerit: Quid ergo ē durus: difficilis ītellectu/ et quē
capere eorū nō posset īmbecillitas: pleriq; formidāns. pu-
tabāt em̄ eū sup̄ uires suas loqui: et dicebāt quis pōt eū audi-
re: pro se respōdentes: cū essent discessuri. Ihēs autē Iesus a-
pud semetipsum: quia mur murrabāt de hoc discipuli eius:
(hoc em̄ eius erat diuinitatis argumētū: q̄ cordis secreta reuelaret)

dixit eis hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filiū hominis
ascendē ubi erat prius. Idē et ad Nathanael. Quia dixi tibi ig
Vidi te sub ficu: credis. Maius his uidebis. Et ad Nicodemū. Nēo
ascendit in celū nisi filius hois qui in celis est. Quid igit dubitan
ones dubitatiōnibus adnectis? Omnīne. Absit hoc/ sed doctrīne
magnitudinē/ et copia eos allicere conatur. Si enī simpliciter
dixisset de celo descendi: neq; aliud addidisset: magis pturbasset
auditores: cū autē addidit suū corpus mūdi uita esse. et sicut mi
sit me uiuēs pater: et ego uiuo propt patrē omē solue du
bitationē. Nā qui magnū aliquid de se predicat et si fingendi
suspitio subeat: tollitur tamē: si plura ad eius cōfirmationē
colligantur. Omā autē et facit et dicit ne ioseph filiq existimet,
non ut scandalū augeat: sed ut tollat. Nā si ioseph filiū putas
sent: nullā eis uerbis fidē adhibuissent. Si de celo descendisse/ et
illuc ascensurū: audissent attentius. Inde alia adducit solutio
nē. Spūs equit est qui uiuificat. Caro nō prodest quicq̄. hoc est
secūdū spm uerba mea audienda sunt. Qui secūdū carnē audit:
nichil lucratur: nichil utilitatis accipit. Carnale est dubitare quō
de celo descendit/ et ioseph filiū arbitrari. Et quō possit nobis
carnem suam dare ad māducandū: licet mlta oia carnalia: que
mystice et spiritaliter intelligēda sunt. Et quō potuerit intellige
re: quid esset carnē manducare. Expectare igit eos oportuit:
nō discedere: interrogare nō desperare. Verba q̄ ego loquutus sum
uobis spūs et uita sunt. Spūs hoc est spiritalia: nichil carnale
nullā naturalem cōsequentia hītia/ sed omnī hac terrena ne
cessitate: et huiusmodi legibus libera. Est et alius sensus. Sicut in
hoc loco spm pro spiritalibus posuit: ita cū carnē dicit: nō pro
carnalibus sed pro carnaliter audire: eos significat: qui semp
carnalia desiderabant: cū spiritalia desiderari oporteat. Nā
si carnaliter ea quis accipet: nichil sane lucraretur. Quid igit
caro nō est caro: Quid m: Quō g̊o mgt caro nō prodest quicquā:
nō de ipa carne dicit. absit. sed de his q̄ carnaliter accipiunt: q̄
dicūtur. Quid autē est carnaliter intelligere: Sīplīciter uerbis dicit:
neq; aliud quippiā excogitare. Illo enī ita audienda sunt: quēadm
sed mysteria oia interioribus oculis cōsideranda: hoc est spiritaliter.
Qui nō māducat carnē meā et bibit meū sanguinē: nō ha
bet uita in semetipso. Quō nichil pdest caro: sine qua nemo pot
uiuere: Videq̄ca ptīcula. Caro nō pdest quicq̄: nō de ipa carne

·xlvii·

sed de carnali auditione dictū est. Sed sūt quidā ex uobis: q nō
crediūt. Iterū pro sua ut solet dignitate loquitur: et futura p
dicit: ostendit nō illorū gr̄e desiderio hec dicere: sed q eor
curā haberet dicēdo ante quidā discipulos subtraxit. Supius
eni dixerat: et uidistis me: et nō credidistis mihi. Sed sūt
quidā ex uobis: qui nō crediunt. Sciebat em ab initio ds ihs:
qui essent nō credētes: et quis traditurq esset eū: et dicebat prop
terea dixi uobis. Nemo pot uenire ad me nisi fuerit ei datum
a patre meo. Spōtaneā dispensationē hoc loco euāgelista et
eiq parcētiā significat. Et illa particula ab initio nō simpliciter
hic ponitur: sed ut eiq pcētiā intelligas. et q ante hec uerba:
nō post eorū murmurationē: et scandalū pdito rē notat: qđ
diuinitatis erat. Inde inquit nisi fuerit ei datū desuper a
patre meo: suadēs eis ut sūū patrē deū nō ioseph arbitra
rentur: et ostendēs michi sua mīesse si nō crederēt: quasi di
cat. Nō mouēt me neq; pturbant: qui mihi nō crediunt. Noui
ea oīa aīq̄ fierēt. Noui quibꝰ dedit pater. Cū autē audieris
dedisse patrē noli simplicit̄ priuilegiū arbitrari. Sed illi crede.
Q quis se accipiēdi dignū exhibet: ipse accipit. Ex hoc multi dis
cipuloꝝ eiq abierūt retro: et iā nō cū illo ambulabāt. Recte
euāgelista nō dixit discesserūt: sed abierūt retro hoc ē nō pro
ficiebāt in uirtute. et quā iā habebāt fidem pdiderūt: cū se sim
derent. Sed nō dixerī. Quid ergo dixit ad eos. Nūq̄ et uos multis
abire. Vt iterū se eorū ministerio nō egere ostendat. Neq; eos
laudauit. Quāobrē. cum ut magni dignitatē seruaret: tūq
ita cōtineri magis oportebat nā si laudasset: arbitrati se
ei rē gratā facere aliquo saltē humano affectu moti essent.
Cum nō se eorū mysterio egere mīme oīderet magis eos
cōtinuit. et animaduerte q̄ prudēter loquutꝰ ē. Nō dixit. abite:
ne expellere uideretur: sed rogauit: nūi uellet abire: ut et
uim omem et necessitatē auferret. et ne pudore quodam
mutarent: sed etiā gram haberet. Neq; apte eos accusauit:
sed modeste retigit: ut quid faciēdū esset intelligeret. Nobis aūt
cōtrariū accidit: nec imerito: quoniā proprie gr̄e causa oīa
facimꝰ. Ido familiarū abitu nos et nrā minui arbitramur.
Iesus nō neq; adulatus est: neq; expulit. Sed mīe rogauit: nonnū
eos cōtēneret: sed ne uī teneri uidēntur. Nā si uim mā fuisset:
haud secus ac si abissent: fuisset. Quid ad hoc petrꝰ. Dnē ad quē

ibmg. Verba uite etne habes et nos credidimg et cognouimg:
quia tu es xp̄us filius dei uiui. Vides q̄ nō uerba sed desidia
temeritatem et perfidiā auditorū scandalū pepisse. Nisi ei
ita dixisset nō destitisset tibū corporeū efflagitare: et cū duo
deū una cū illis eadē uerba audissent: cōtrarie tū affecti sut
dicentes ad quē ibimg: q̄ati amoris uerbū: quo et patribg
et matribus oībg rebus xp̄s p̄ciosior ostenditur: q; qui ab
eo discedūt: nō habent āpliꝰ: quo cōfugiūt. Sed ne propt̄ea
ad quē ibimg: dixisse uideretur: qui nō haberet: qui se accipe-
rent: subdidit Verba uite etne habes. Quare illi carnaliter et
secūdū humanā rationē: mi scdm̄ spm̄ et fidē intellexerunt.
Idcto dicebat. Verba q̄ loquutg sum uobis: spūs sūt. Doctrinā me-
am rerū cōsequētie et necessitati subiatere nearbitremmi. Spi-
ritalia terrems legibus seruire nō patiūtur. Quod et paulus
inquit. Ne dicas t corde tuo: quis ascendit t celū: hoc est christū
deducere: uel quis ascendet in abyssum: hoc t xp̄m ex mortuis
reuocare. Verba uite etne habes. Iam resurrectionē accepant:
ni qua quiescebant. Et uide q̄so fratrū amatorem et studiosū
pro oībg rēdet. Nō dixit cognouit: sed cognouimg. Et cōsidera
cū de magrō nō ut uideos loquutū. Siquidē illi dicebāt hic est
filius Joseph. hic autē tuē christg filg dei uiui. Et uerba uite
etne habes: quia audierat magrum dicentem. Be suscitabo eū:
et habebit uita etnā: ex quo p̄fert attentionē: qua eig uerba
accepit: cū ea meminerit. Quid xp̄us? Neq; laudauit petrū
neq; admiratg est. q̄ius id alio t loco fecisset. Sed. Nōne ego uos
inquit xp̄s elegi et unus ex uobis diabolg est? Cum em̄ dixisset
petrus: et nos credidimg: eximit e nūo iudā. Alibi em̄ michi de
discipulis dixit: sed tū xp̄s dicēt. Vos autē quē me dicitis: respō-
dit tu es xp̄us filg dei uiui. hic autē dicēte: ea: et nos credimg:
merito ex ipōrū nūo iudā exemit. hoc autē dixit: ut lōge prodi-
toris malitia propulsaret. et tū michi ei proficere uideret.
ei tamē cōsulebat. Et t uere xp̄i sapiētia. Neq; eū manifestauit.
neq; latere uoluit. Illud ne ip̄ideng cōtenderet: hoc ne latere
arbitratg liceng auderet. Quare in seq̄ntibg aptius reprehendit.
prius ergo eū aliis adnumerauit: tū dicēt sūt quida ex uobis q̄
nō credūt: quod his uerbis cōfirmat euāgelista. Sciebat em̄
ab initio iesus: qui essēt credētes: et quis traditurg esset eum

XLVII

Cū aut̄ m malitia ꝑseueraret uehemēt̄q eū arguit. Vn9 ꝫquir
ex uobis dyabol9 est: qui tamē ut tegeret: oīb9 me tū ꝫtulit. hor
aut̄ m loco nō ꝫmerito dubitandū: cur mihi dicat discipuli. Ali
as aut̄ timet et dubitat: et tunc̄ se aspicit rogātes. Nūquid
ego sū dn̄e. et Johāni petrus mnuit: ut mgr̄m prontaretur:
quis esset proditor. Qui nā tanta ē. nondū audierat petrus.
Vade retro sathana: ideo nō timuit. postq̄ aut̄ increpitus est.
et mde audisset Vn9 ex uobis me tradet: merito formidauit. Neq;
hor ꝫ loco dicit Vn9 tradet me / sed unus est dyabol9. Quare nō mihi
ligebāt: quid dicēt: sed tamē malitia sua reprehendi arbitrabāt.
Quid aut̄ significat. Nonne ego uos xp̄i elegi: et unus ex uobis
dyabolus est. Vt om̄n assentationis suspitione careret. Nam
cū omes eū ꝑter xp̄m reliquissent: et petrus eū cōfessus esset:
nequis assentatione suspicaretur: ita loquit̄q est q̄si dicat.
Mihi nō mihi ꝑsuadet: ne malos arguā. Nolite putare me
laudū uestrarū grā uobis adulaturū: uel ut me sequiam̄:
malos nō reprehensurū. Quod enī multo maius est ad ꝑsuadē
dū id mihi nō ꝑsuadet. Cū em̄ in amore ꝑfecerit ipse sibi
ꝑhebit argumētū. Electq a magro gl'am. reprob9 stultitie
apud stultos opinione attipiet. Verū tamē neq; hor me a rep
hensionib9 abduxit. hor nūt reprehendit in xp̄o gētiles frigide
et stulte. nō em̄ ui et metitte quada deus bonos facere cōsue
uit. neq; electio eiq uolenta ē: sed suasoria. Vt em̄ ꝫelligas
m quit nō rogi uocatione: multos uocatos pereire cōtingit.
Qua obrē cōstat m inrō esse arbitrio: an saluem̄ an ꝑdamur.
hīs igit̄ admonitionib9 / et sobriū esse et uigilare cōtendam9.
nā si is qui m sctm̄ illū chorū cōnumerat9 erat qui tātū dominū
cōsecut9: qui signa fecerat. Et eni ipe iudas cū alīs ad sustī
tandos mortuos et nūdandā lepra mittebatur: ex quo
grauissimo auaritie morbo captq est: nichil ei neq; bñficia
neq; dona / neq; xp̄i cōsuetudo nō obsequiū nō lotio pedū nō
mēse ptripatio: nō loculorū custodia profuit: sed ita her
adit9 ei ad supplitiū fuerūt: timeam9 et nos: neq; ꝑ auari
tia Judā imitemur. nō qui tradit xp̄m / sed qui pauperē
fame cōfectū uel frigore cōtrepuit: cuius deus erit supplim̄.
Et cū indigne mysteria ptripam9: eode mō quo xp̄i iterfe
ctores puniemur. Quādo rapim9 qui oppimim9 inferiores

maximū nobis supplicū aslscamꝰ: et merito sane. Quousqꝫ em̄ terre
norū amor nos detinet: que supflua sūt et vana. Diuitie em̄ super
flue sunt et inutiles. Quousqꝫ huꝰ mūdi meptijs inhiabimꝰ: Quo
usqꝫ ita grauiati eritꝰ: ne celū suscipiamꝰ? Quousqꝫ nō sapiemus?
neqꝫ terrenarū rerū atqꝫ fluxarū sacietatem capiemur. Neqꝫ expien
tia earū inuitate ꝛtelligemꝰ? Considereꝰ qui ante nos diuites fuerūt.
Nome oīa sonuūt. nōne umbra et flos? nōne uerba et fabule.
Ille locuples. Vbi nūc diuitie? pierūt pcta aute: q̄ m hūjs ꝛō paradis
patratis est: remanet. et propt̄ pcta supplicū. Immo si non
esset supplicū: nō ꝓponeret̄ et regnū. Quod idē generis et natu
ram ꝛōitat reuereri oportuit. Nūc aute canes quide educamus;
multi et onagros et ursos/et aliarū ferarū gn̄a. hoiem aute fame
ꝛōfectū negligimꝰ/ et pluris alienū facimꝰ q̄ cognatū: et idigno
re domestitā q̄ mrogniā diuamꝰ. Sed splēdidas domos edificare
et familiarū ratiū/et aurea lacaria iactetes spectare: q̄ pulcher
rimū est: imo supfluū et mutile. Sunt em̄ splēdiores edes/
et longe is clariores. In hūjs oblectare/et oculos pasce. Nemo phibebit.
Vis tertiū q̄ pulcherrimū mtuerī. Vespere aduiemēte celū suspitas.
Sed nō ē meū inquies. Verū magis tuū q̄ illud. Sic dē propt̄ fr̄e fac
tū ē: et ꝛois tū fratribus ē. hoc aute tertiū nō ē tuū. sed post mortem
tua heredes ocupabunt. Et celū quide multū tibi utilitatis afferre
potūt: tū pcipue pulchritudīne ad opificis ꝛōtemplatione ascenderis.
Illud aute tertiū plurimū oberit: et te maxime mdie uidisse ar
cusabit: tū ipm̄ auro undiqꝫ fulgeat. Christꝰ ne necessariū quide
habeat uestimentum. Ne igit̄ tante stultitie arguamur neqꝫ fu
gienda prosequiamur: neqꝫ nostra ꝑdamꝰ salute: sed futura spere
mꝰ: siue senes: ut pote qui plane nos breui ꝛcurituros intelligamꝰ:
siue iuuenes tāq̄ plane ꝑsuasi: q̄ nō multū nobis tp̄is ꝛliquat̄.
Vt em̄ fur in nocte: ita dies illa aduenit: et mulieres uiros/uirum
lieres hortemur/castigemꝰ: et iuuenes et uirgines admoneamus.
ita alter alterū eruditamꝰ: ut ꝛōceptis pūtibus: futura desideret:
ea q̄ ꝛsequi possit ḡa et benignitate dn̄i nr̄i ihū xp̄i: per quē
et cū quo pat̄ gla simul et spū sancto i seculā

a laqaria

Capitū xix

b Et uolebat ire iudeā

POst hec ābulabat ihūs in galilea. nō n̄. habebat potes
tatē in iudea ambulare: quia querebāt eū iudei iterfi

b marcus

XLVIII

rere. erat aut̄e in proximo dies festꝰ iudeorū. Nichil liuore ꝯ liuorē
michil iudia gñus: per eā mors ī mūdū uenit. nā cū horem
honorari dyabolus ꝓspexisset: eꝰ bom impacies| oīa molitꝰ ē: ut
eū ꝑderet: semperꝙ ex hac radice huic fructū erupisse uideri li
cet: propt̄ hāc Abel īterēptus est: propt̄ hāc dauid regis piculū
subijt: propt̄ hāc et alij multi perēpti sunt. hīc et iudei christū
mt̄fecerūt. Quod ns uerbis euāgelista signficat. post her ābula
bat iesus ī Galilea. nō em̄ habebat potestate in iudea ābulare:
quia q̄rebant eū iudei interficere. Quid dicis bte Johānes. nō ha A v
bebat potātem: qui pōt oīa que uult: qui cū dicēt: quē queritis:
reppulit eos retro. Qui ꝓsto est: et nō uidet: is nō habet potātem:
Quō aut̄e postmodū ꝑ mediū eorū ī medio templo et ī die festo
trāsiebat: cū plurimi cōuenissent: et ꝑ tribus illis disputabat:
que magis eos irritaret: quē illi admirabāt dicentes. Nōne
hic est: quē q̄rūt mt̄ficere: et ecce palā loquit| et michil ei faciūt:
Quanā hec sūt enigmata: Absit. Sed illud dicendū ē| ꝑ prim diui B v o
nitatis| ꝑ prim humanitatis opa demōstrari. Cum.n. nō habē
se potestatem dicit tāq̄ de hoīe| qui hūane oparetur: dicit. Cum
aut̄e in medio eorū stetisse negꝙ cōprehensum narrat: diuini
tatis nobis potetia indicatur| fugit tāq̄ homo. Apparuit tāq̄ A
deus. Utriūq; uere narratū est. Q; em̄ in medio insidiātium nō
esset cōprehēsus: inuīcibilem se atq; inexpugnabilem significauit:
et ꝙ delituerit: incarnatione certo cōfirmauit. Ut negꝙ paulus
Samosatensis negꝙ ojartion haberet: quid dicerent: quorū util
q̄ os obstruit. erat aut̄e ī proximo dies festus iudeorū Sceno
pegia. postq̄ aut̄e michil aliud significat: ꝙ mlt̄ū interea tēpo
ris protelasse. Quod īde cōstat. Cū subijt inquit ihesus ī montem
inquit. Erat proxīmū pascha dies festus iudeorū: hic autem
Scenopegia memīt: et ī quīnq; mēsibꝰ michil aliud nobis nar nō
ratur: negꝙ nos aliud docuit: ꝙ quīnq; pānī miraculū: et habi
tū cū illis sermonē. Q; aut̄e negꝙ signa fatē: negꝙ unq̄ disputa
re die uespere| sepe etiā noctu omiserit: ita discipulis saltem
cōstat: ut omēs euāgeliste testentur. Quid tandē id omiserunt.
Quoniā nō oīa dici poterāt. ꝓterea ea dicere ꝓperabat. ī quibꝰ
uel arguebat: uel respōdebat iudeis. ojulta em̄ prioribus si
milia faciebat. Q; em̄ egrotos curauerit: et mortuos suscitauerit
et miracula fecerit: sepe audiuimꝰ. Cū aut̄e aliquid nouū

quod dicat: uel aliquid qđ extra ipm fore uideatur: occurrit: cap
sequitur/quale mit est: q fratres eius in ēu nō credebat. Neq; em
parū hoc reprehendi posse uidetur: et digne sane est admiratione:
q tā apte tam uere loquatur: ut neq; pudeat dicere: que magis
ōtrium eloſa essent. Verū oēs maxime ea narrare festinarunt
et nunc multis signis et miraculis omissis ad hoc q̄ primū
uenit euangelista. Dixerūt inquit ad eū fratres eius: transi
hinc/et uade in iudeā: ut et discipuli tui uideāt opa tua: q̄ tu facis
Nemo quippe in occulto aliquid facit: et q̄r ipe palā esse. Si hec
hoc facis/manifesta teipsum mundo. Neq; em fratres eius credebāt
A r² in eū. Et quod nā uerbū incredulitatis protulerūt: si rogabant: ut
signa faceret. Quare quidē et aspa et reprehensiua quadā ōfidentia
loquuti sunt. putabāt em cognationis grā oportere se fidenter lo-
B v° qui: et uider² quidē principiū amicorū esse/uerū aspa prime dicunt.
Nā et formidinis et inanis gl'e eū insimulant. Siquidē eū dicūt:
nemo occulto aliquid facit: et formidinis arguere et suspicari
uidentur: an q̄ faceret iesus/uere faceret: Illa autē pcula/et q̄r
ipse palā: habet inanis gl'e suspitionē. Tu autē ex uirtute ōsidera
nō ex ns q hec dixerat. Iacobū p̄mū hierosolimorū epūs ordīat q̄:
de quo paulus ait. Aliū autē aplorū uidi neminē nisi iacobum
fratrem dni. Dicit² et iudas mirabilis fuisse. Atqui hic in cana af-
fuerat: eū aquā i uinū ōuerit: sed nichil adhuc profecerat. Unde
j igitur eis tanta incredulitas: a uoluntate et inuidia. Cognāmi
tas. n. soler quodāmodo inuidie haberi. Sed quonā hoc i loco discipulos
tuos appellant? Turbā sequentem: nō discedēti. Quid xpus. Videt
accōmodate: nō dixit/qui estis uos qui mihi sp̄ōsulitis: et medocres:
nō b ij Sed tēpus meū nondū aduenit. hic et aliud quidā uideatur posse
significari. fortasse em eū tradere iudeis ōsultabāt: et ad hoc ita
dixit: tēpus meū propest nōdū aduenit/hoc e tritus et mortis.
Quid ante tēpus: ut moriar properatis. Tempꝰ autē uestrū sem
per paratū est. Vos et si semper eū iudeis uersemini: nō interhāc
uos: qui eade estis sūa: q̄ mihi autē ꝑ primū morte machinā
buntur. Itaq; uobis quidem semper tēpus est: eū nō impendat peri
culum: mihi autē tūc tēpus erit: eū ero crucifigendꝰ et moriturꝰ.
Et quod hoc intelligat: ex sequentibꝰ ꝓspicuū est. Nō potest mundꝰ odis
se uos. Quo n. qui eade uultis: et ad idē tenditis: oīe autē odit/quia
reprehendo eū: quia mala sunt opa eius/hoc e tangere et bemgne

rephendere. hic trā vincere/ et nō indignari/ etiā si abiecti sint/ nō
qui nobis cōsulant: erudimur. Nā si nō credentiū/ et iniquiū/ et
a caritate abhorrens cōsiliū equo aiō tulit: quia nos cōsequemur
nemā: qui tra sumꝰ et puluis: cū cōsulentes: iniquo aiō ferimꝰ
maxime si paulo abiectiores sint tacℏ in digniū arbitrates. Considera
hic quesō ꝯ benigne illa nam cōsuetat grumeliam: dicentibus illis
manifesta terpm mūdo. Riidit me mūdus odit. Tantū em abest
mquit: ut ꝑa ab hoibus gl'am: ut nō desistam eos rephendere: et
cū stia: et odiū ex hor michi/ et mortē cōpari. et ubi rephendr iquit/
immo quādo cessauit? nomne dixit. Nolite putare: quia ego accu
saturꝰ sum uos apud patrem. Est qui accusat uos moyses: et ego coꝰ
nouī uos: quia dilectionem dei nō habetis. Et quomō potestis uos tre
dere: qui gl'am abinuicē accipitis: et gl'am: q a solo deo est: non
quritis. Ex hīs et aliud manifestr: qp ex libera xpi rep hēsione/ non nō
ex solutione sabbati iudeorū odiū in eū oriebatur. Sed qđ eos ad
diem festum mittit: cū dixit. Vos ascendite ad die festū hunc: ego
nō ascendā adhuc. Vt ea se dixisse ostenderet/ nō rogādi aut adulādi
grā: sed ut eis iudeorū cerimonias ꝓmitteret. Sed cum ascendit:
cū se ascensurū negasset: nō dixit simplicit nō ascendā/ sed adhuc: qō mea uehemēcia
deest uobiscū. quia tepꝰ meū nōdū impletū est. Atqui in futuro ℣.o
pasthate crucifigendus erat: Cur ergo nō ascendit. Et si quia tepꝰ
nō erat: nō ascendit: nullo pacto erat ascendendū. Sed nō propter
ascendit: ut patere etiā: sed ut doceret. Cur cla: cū apte posset in medi
o coꝝ esse: et ira et furore sedare: quod sepe fecit. Noluit frequē
ter hoc facere. ne esset sane maius diuinitatis argumētū: sed cum
meri remansisse putaretur/ et incarnatione et fiducia confirma
uit: ꝙ cū passionis tepꝰ premeret: id maxie eligēt/ ut ascenderet
ihersolimā. Ascendite ad diem festum: quasi dicēt. Nolitꝰ arbi
trarem̄i ꝙ nolentes togere uelim meū maneatis. ea aute
ptrula. Quia nondū impletū est tepus meū: significantis
est oportere adhuc et signa fieri/ et cōtiones haberi: ut pau
dientia et passione ergo plures crederent: et discipuli magis
cōfirmarētur. hīc nos benignitatem/ hīc mansuetudme exhortnō
erudiamur dilectissimi. Discite ame inquit/ quia mitis sū
et humilis corde/ et omem̄ molestiam abstinendamꝰ: et si quis
nobis insultauerit: humiliemur/ si quis exasperatur: mingē
mꝰ/ si quis mordet/ et lacerat/ et cōtumelijs prosequit: molimꝰ

pn

ꝺmoneri: ne uirti nos ipſos ꝑdamꝰ. Etenim fera eſt uehemens et furibunda. Incantenꝰ eam diuine ſcripture laudibus carminibus. Terra es et puluis: et quid ſuperbit terra et puluis. Et impetus ire eiꝰ caſus ei: et uirtutꝰ ꝺmodeſtus eſt. Nichil turpius aſpectu iratꝰ: nichil uiſu grauiꝰ. Q; ſi aſpectꝰ multomagis aia. Que admodu enim corpus ſi ꝺtrectetur: grauꝰ dolet: ita et aia: ꝺturbata eſt: et multis miſeriꝰ fluctibus agitata. Sed no poſſumus quis nimicoru ꝺtumelias tolerare. Quis gra. Nam ſi uere amicus ſaris: etiã cora ꝺpugi deberes: et grauꝰ ei habere: ſi falſo: deride. Dixit paupere. Ride. Dixit maledictu. Ride. dixit degenere ut ſtultum. Iam illu defle. Nam qui dicit fratri ſuo fatue: reus ẽ gehenna ignis. Iniuria igitur affectus: me mete uemat: et no mo nulla m proxmu ira fereris: ſed deplorabis iute eiꝰ. Neꝙ em febribus laboranti neꝙ tumꝺo quiſꝙ iraſcatur ſed hꝝ morbis affecti ſui miſericordia et lachrimas mouet. huiuſ eſt iratꝰ animꝰ: qui ſi m te proſiliet: tace: et oportuna ei plaga mſliges. Si ꝺtue liam ꝺtumelia proſequeris: igne exacerabis. Sed puſillanimi arguemur inquies: ſi tacebimꝰ: imo tua admirabitur ſapientia. Q; ſi ꝺtra ꝺtumelioſe reſponderis: materia dabis: ut uera putentur: quoru arguieris. Quare diues: ſi pauꝑ appellat rideꝝ. quoma falſum id nouit. Iuꝺ ſi nos iniurias ridebimꝰ: magnu erit argumentum: ꝙ falſo reꝓhendamur. Adhꝫ quouisꝙ hoim iudicia formidabimꝰ. Quouisꝙ ꝺmune dnm deſpiciemꝰ et arma uacabimꝰ. Donec em ſub nos ꝺtentio eſt et emulatio. et ſed inos: nõne carnales eſtis: ſubiamꝰ igit ſpirituales et ſeuiſſima hanc belua freno cohibeamꝰ. Inter ira et inſania nichil differt. ſed breuis quide demon eſt: imo qꝫ qui demonio uexatur. Ille grauior em uenia digꝰ ẽ: iratus nulla: ſed ſupplicijs inuis. Spõte ſua in profundu ꝓcipitꝰ defertur: etiã ante futura gehenna poenas dat. Tumultu em quoda et eſtu intollerabili die noctuꝙ uarijs cogitationibꝰ anxius uexatur. Ut igit et pnti ſupplicio et futuro liberemur: aperto pectꝰ hoc affectu omes mãſuetudine ꝺuiamꝰ et modeſtia: ut et in hac uita et in regno celorum tande animis noſtris requie inueniamꝰ: qua ultima omes ꝺſequi poſſimꝰ Gra et bengnitate dni nri ihu xpi: ꝑ quẽ et cũ quo pat gl'a ſimul et ſpu ſco in ſecula

quod illi ſupplicium maneat

Aldix

Hec cū dixisset/ ipse mānsit in galilea. Vt autē ascenderunt omnia gg^
fratres eius: tūc et ipē ascendit ad diem festum nō mam
feste sed quasi in obscuro. Que scdm humana imbecilli
tatem a xpō facta sunt: nō tantū incarnationē cōfirmant. sed
ad uirtutē mīstrantur. Nam si oīa fāçq deus fecisset. quia nō
nullis/ in humanis rebus intidentes: quid facere nos oportēt.
Vt exempli grā. Si nr hoc loco homicidis nideis obuius: nra sedas
set: et hoc frequēter fecisset: nos autē idē nō potentes offenderemus:
unde nobis cōstaret: quid esset faciendū: utrū interimere eos/ an
dotere: hoc nos xpūs docet: cū inquit. Hec cū dixisset Jesus nr mā
sit in galilea. Vt autē ascenderūt frēs eius: tūc et ipē ascendit/ nō
manifeste/ sed quasi in abscondito. hec ptcula. Vt ascēderūt frēs eiq.
ostendit noluisse cū illis ascendere: et ideo mānsisse. neq; palā cum
eis uersatus est: ut uolebant. Sed cū libere semp alias uersatus:
hic quasi in occulto ascēdit: nō dixit occulte/ sed quasi in occulto.
Ita em indebatur: qđ admodū dixi: ut nos doceret. preterea nō
erat par uratis illis/ et extā desertibus se ita exponere. finito autē
festo Judei qrebāt ipm: et dicebant: Vbi ē ille: bona quidē eorū
opa in die festo: in eodem semper ferebantur: et festis cū diebq
cape remptabant. Nā et alibi: Videte inquit nūquid uenit addiē
festum: et dicebāt. Vbi ē ille: ex inimio odio cū nōiatim appel
lare nō patiebantur. Diem festum maxime festum maxime
reuerebantur: et tamē capere conabantur: et murmur
multum erat de eo in turba. Ego autē lori grā: ubi miraculū
fecerat/ iudeos maxīe irritatos timuisse arbitror/ nō tā ratos
transeunti qđ ueritos ne aliud signū faceret. De eo autē uel m
ulti pdicabant. et clarū reddebāt. Quidā dicebāt/ quia bonq est.
Alij autē dicebāt/ nō: sed seducit turbas. Illā puto multitudinis
opinionē: hāt principū et sacdotū fuisse. Illud em uerbū/ nō
sed seducit turbas/ hoc idicat. Sed quō seducit qso: nūquid pfri
gitationem: ut signa facere uideatur: re autē nulla fit. Verū
cōtrariū expīcia deprehenditur. Nemo tamē palā loquebatur
de illo propē metū iudeorū. Vides ubiq optimates quidem
corrupto/ turbam nō sano fuisse iudicio: nō tamē fortes ut deter
bat: qđ maxīe multitudinis est. Jam autē die festo mediante
ascendit Jesus in templū/ et docebat: ob dilationē attēniores red
didit illā qui primis cū diebq qrebant. repēte pīnte alij bonū

alq̃ malū indicabāt. Illi ut aliquid lucrarentur. hq ut cōprehē
derēt. Illud autē verbū seducit turbam propt eq doctrīna dicebāt:
tū cā nō mtelligerēt. Illud autē quia bonq est: propter signa.
eorū igitur ira molliens ita mstitit ut uerba sua diligēter, ne
qz amplius indignati aures obstruerēt. Quid doceret silēno pter
it euangelista. Q autē ita mirabiliter: ut eos moueret: et in oīs
eorū mutaret sinam id tm dicit. Ita quē turbā seducē direxit dicit
ta mirabātur quō literas sciret: qui nō didicerit. Vides eorū pte
plenā malicie admiratione: nō enī doctrīna admirabantur:
neqz capiebāt. Sed alia eos mouebat admiratio: unde id sciret.
Cum potq hūc scire cognoscere debuissent: mchil hūanit eo cē.
Sed cū nollent hoc cōfiteri: sed tentū admirarētur: audi quid
xp̄us dixerit. Mea doctrīna nō ē mea. Ad eorū respōdet suspitionē.
Ad patrē id referens: ut eis silentiū mponeret. Qui fuit uolūtate
eius qui misit me is cognoscet de doctrīna utrū ex deo sit: an ego
a meipso loquor. At si dicat. hāc amouete dubitationē, et ira et in
uidiam et manifestā cōtra me odiū: et mchil nos impediet: quū cog
noscatis dei uero uerba esse. Nunc her uobis tenebras fundit. et
rectū uerū qz uditū corrūpit. Quē si reuereris: nō ita hāc esseris
sinā. Verū nō hīs uerbis usus ē: ne uehemētq eos irritaret. sed
hoc totū significauit cū mquit. Qui fuit uolūtatem eq: cognos
cet de doctrīna: utrū ex deo sit: an ego a meipso loquar. hoc ē an
alienū aliquid: et ei cōtrariū dicā. A meipō autē semper ad hoc
referturi qm mchil p̄ dei uolūtate loquitur: sed q̄ pater uult. Qui
autē fuit uolūtatē eq: cognoscet de doctrīna: hoc ē si quis sit a
mator birtutis uerborū meorū uū intelliget. Si quis uoluerit
prophetas p̄scrutari: an secūdū eas loquar cognoscere poterit:
et quoīa pātō sua est et nō sua: Non enī dixit doctrīna ipā nō est
mea, Quō idē eqd ē potest ee: et nō esse. esse: quia a nullo dortq lo
q̄batur: nō esse: quia patris doctrīna erat. Quō igit dicit. oīa qua
sūt patris mea sunt: et q̄ patris mea: si quia patris doctrīna
erat est propt̄ea nō ē tua falsum ē illud Ideo enī tua ee debu
it. At hoc uerbū nō ē mea maiorē m modū patris et sua bna
esse doctrīna indicat: quasi dicat. Nichil habet diuersū tāq alte
rius. Q si p̄sona alia sit: idē tamē et dico et facio ut nō existime
tis aliud a patre sed idē me et dicere et facere. Inde alia addu
ratione cui cōtradici nō pot humāq̄da utes consuetudine.

Sed cū sibi ea tribuisset dicēdo
doctrīna mea addidit nō ē mea

Qui propria quadam doctrina instituere uult: nulla alia
ratione se uelle dicit: q̄ ut gl'am sibi ꝯparet. nā si ego gloriā
meā q̄uero: quare propriā quādā doctrinā nō ꝯstituo: Qui
a seipō hoc est proprium quidda/ et separatim loquitur: idcirco
loquitur: ut gl'am ipē accipetur. Sed quia mittentis gl'am me
am quero: ido ei⁹ doctrinā doceo. Vides rationē cur michil a se
metipso facere dicat: ut neq; gl'am neq; principatū desiderare
putabat credatur. propterea sic humiliter loquitur. Ego patris
gloriā q̄uo inquit: ut p̄suadeat se gl'am nullā q̄rere. Sunt
et alie cause/ ne ī genitu/ ne deo gr̄ior⁹: ne carnē nostrā non
accepisse putaretur/ ut auditorū mitescentē ꝯsuleret: ut
demq; eos modestiā seruare/ et nimium se iactādo extollere
doceret. Se nō efferendi ratiā dūtaxat causam inuenirī' potest
nature p̄stantia. nā si dicendo se ante abraam fuisse scādalizā
ti sunt: quidnā facturi essent si semp magna audissent. nōne opo
ꝑes dedit nobis legē: et nemo ex nobis facit legē. Quid me q̄ri
tis m'tirere. Quia habet hora suppositā ꝯsequentiā. Quid cū
ips cōmunicat. Duo iudei in ihesu reprehendebāt: unū q; sab
batū soluēbat: Alterū q; patrē deū dicēbat: et ei se equalē faceret:
non iporū suspitione: sed propa xpi fidē. q; aut nō ut multi
solent sed eximie et proprie patrē appellaret: ni constat. omnes
sepe deū patrē suū dixerūt: q; ipe unq; creavit nos: q; pater sit
omīm rerū. nō tamē propterea equalis ē populq deo. Quare
nō fuissent scādalizati. Et quēadmodū cū dicebant ex deo nō ee/
et sabatū transgredi: sepenūo eorū rendit suspitionem: ita sibi
illi ceūt suspirati: ipse aute id nō sentiret: eos falso id opinari
profecto dormisset: dixissetq;. Quid me deo equalē arbitrammi.
non sum. Sed se omīno equalem p̄fessus est ex seq̄tibq;. Illa em
ptecula. Sicut pater suscitat mortuos: et uiuificat: sic et filiq
uiuificat. et illa ut omēs honorificet filiū: sicut honorificant
patrē: et opa q̄ ille facit her et filiq similiter facit: hec omia
equalitatē ꝯstituūt. Et de lege ait. Nolite putare quēquā le
gem soluere/ aut prophās: hoc pacto malas emēdādq; suspitio
nes norat euellere: hic cū patre equalitatē cōfirmat. Quare
alibi cū illi diceret: quia te deū facis minime se purgauit sed
id esse asseuerauit inquiens. Vt aute sciatis: q; potestatē habet
filiq hois dīmittendi peccata in terra dicit paralitico Tolle

grabatū tuū et ambula. Illud igit̄ primū intendit ut equalem se deo faciat: et ꝙ nō sit deo rōn̄abilius: sed idē ꝙ ille et dicat et doceat. Inde circa sabbati trāsgressionē mistatis dicens. Nōne moyses dedit uobis legem: quasi dicat Sanctā lex non occides: uos occiditis | et me tāq̄ legis trāsgressorem accusatis. Quare autē dixit nemo. quoniam omnes q̄rebant eū interimere. ego si solui legem inquit: hominem tm liberaui. uos ad malū solūtis. ego si transgredior: saluti totius: neq; a uobis: qui m grauibꝰ rebus lege soluitis: me accusari oportuit. Vos oīno legem euertitis. Deinde etiā tertiat. Atqui tu multa et diu disputauerit expectauerit: tuū quidē altius et secūdū dignitatē suam: nūc autē humiliꝰ. Quid tandē: Noluit ita frequentius eos irritare. Nunc ita angebantur: et m rarō procedebant. Quare remissius loquitur: et duobus hīc eos sedat arguendo audaciā tuā ipm uellent interficere: et manifeste loquendo: et ostendendo homicidas mōgnos esse qui alios iudicent. Tu autē xpi humilem interrogationē/et asperū eoꝝ responsum animaduerte. Demonium habes: quis te querit interficere. Verbum ire et furoris et imprudentie plenū: cū preter opinionē reprehenderentur et ipm se pterrē existimarent. Vt em latrones in insidijs: ne insidiari uideantur docuit: ut ferius incipiat aggrediat: ita et m hoc loco iudei. Ipse autē omissa reprehensione ne imprudentiores eos faceret: iterū de sabbato se excusat a lege eos arguens: et mirifice prudentia nō minꝰ inquit si mihi nō audiatis cū ne legi quidē: quā a moyse lata arbitremini: audiatis. Quid ergo nostī si uerbis meis nō acquiescatis: Cum em dixissent moysi loquutꝰ est deus: hīc autē nescimꝰ unde sit: ostendit q̄lli etiā totū melius inferiat. Et em legē ille dedit: et nō audistis. Vnū opus feci: et omnes miramini. propterea ubi me excusari oportet etiā uitio datis. Q̄d em pater fecerit nō memini: sed unam mouiat psonā. Vnū opus feci: quo inquit: si nō fecisset: se lege solutisse: et multa esse magis propria q̄ lex: et contra legē moysen mandatū magis ꝓpriū attepisse. Sicqdē circūcisio q̄ sabbatū magis propria est: q̄nus non legis sit/sed patrū. Ego autē magis propium feci et melioꝰ q̄ circūcisio. Inde legalis mādati nō memini: indecuit q̄ sacerdotes sabbatū commacularent uerba dixit/sed ex maiori habundantia loquutis est. Ostendam autē hoc ꝓturbantim. nā si lege firmā esse oportebat: nō sane circūcisio magis propria fuisset: neq; se circūcisione manus quidam fecisse dixit: sed significauit hīs uerbis.

Si circūcisionē accipit homo in sabbato. Vides quo pacto tūc maxīe
stat lex: cū soluitur: et sabbati solutio legis seruatio est. ut nisi sab
bati soluatur: necessariū sit legē solui: quia ego cōstitui / et nō dix
ut mihi irascamini: q circūcisione maius quiddā feci: sed rem
tantum ostendit: illis iudicū reliquit / an magis nociā sit totius
hominis sanitas / q̄ circūcisio: ut intelligat homo nichil ad sanitatē
cōferre: soluitur lex An q tanto morbo liberatus sit indignamini.
Nolite iudicare secundū faciem: hoc ē nō. nō propterea q̄ ocoyses
apud nos maioris ē auctoritatis: feratis sm̄am: sed a rerū natiā.
hoc ē enī rectū iudicū. Quare nemo attulauit ocoysen. Quare
nemo credidit iubenti: vt sabbatū addito extrinsecus legi mādato
solueretur. Verū ille mādatū: nō sub lege sed tm̄ extrinseq̄ indic
tum propriā lege firmiq̄ dicit: q̄ purum est. Vos autē qui non
legislatores estis: preter modū legem defenditis. Sed maioris q̄ nos
auctoritatis est ocoyses: qui solui legem p̄ mādatū nō legittimū in
bet. Illa autē p̄ticula totū hominē p̄ticulārē sanitatē circūcisionē
afferri ostendit. Et quēa circūcisionis sanitas. Nā inquit hois
sine circūcisione p̄bit. Ego autē nō exp̄te / sed totū corruptū sani
tati restituī. Nolite igit̄ secūdū faciem iudicare. hoc autē non
illig̃ seculi hoībus tantū dictum est: sed et nobis: ut nullo pacto ius
tiā oppugnemq̄: sed totis uiribus eā defendere cōtendamq̄. Nullq̄ sit
nobis respectus: an pauper quis sit an diues. Rem ipsā inuestigeq̄.
nō misereberis inquit pauperis in iudicio: hoc ē noli flecti: noli
moueri inquit: si pauperē tuum iudicaturus es: tui si nō ē ignos
cendū: lōge minq̄ diuiti: hāc ego nō ad iudices tm̄ / sed ad omēs
hoīes oratiōnē habeo: nequis iustitiā transgrediatur: sed integrā
seruet. diligit enī iustitiā dns. Qui autē diligit iustitiā: odit am
mā suam. nolimq̄ q̄so odio habere aīas nr̄as: nolimq̄ diligēdo iniq̄
tiā. Cui quātulū luc̄ est: parū: ymo nichil. Nā paulo post male
pibimq̄. Vel potius in hac uita mīme iustitia nr̄a fruimur
nōne si male nobis cōsciī sumq̄: omēs delitie pena sunt et supplitiū:
Amplectamur ergo iustitiā: cuiq̄ legē nullo pacto transgrediam̄.
Qui enī ex p̄nti uita fructū reportabimq̄: nisi hinc uirtute p
diti migrauerimq̄: Quid illic amicitie / quid necessitudines / quid
claroū uiroū gra nobis proderit. Et quid ego cuiusp̄ia gratia
memoro. Si noe / si iob / si daniel nobis pater esset / nichil cōferret:
si propriis meritis uacui repiemur. Sed sola aīe uirtute opus ē.

exhortatio

Ipsa nos saluos facere et sempiterno regni liberare sola poterit. Ipsa nos ad celorum regnum transmittet: quod utinam omnes consequamur. Gratia et benignitate dñi nri ihesu xpi: per quem et cum quo pat' gl'a simul et spiritui sancto in seculā

Dicebant ergo quidā ex hierosolimis. Nonne hic est quem querunt interficere? Et ecce palā loquitur: et nichil ei dicunt. Nūqd uere cognouerunt principes: quia hic est xpus? Sed hunc scimus unde sit. Nichil in diuinis scripturis temere positum est quippe qā aspm sco prolate sunt. Quāobrem omnia diligenter inuestigemus. Et cum ex una parte tota possimus inuenire sniam que nobis in promptu proponitur. Quidam enim ex hierosolimis dicebant: nonne hic est quem querunt interficere. Et ecce palā loquitur: et nichil ei dicunt. Cur ex hierosolimis dixit. Vt ostenderet euāgelista. qm qui multa et magna uidebat miracula: nō miserabiles ipiores erat. Qui maximum diuinitatis signum arreperant pditorum principū uidetur sequebantur. Nonne maximum fuit infamem tum hominum/ et insidiantium et querentium se mtimere/ et tā comprehendentium furorem sedare? Quis hoc fecisset? Quis tanta tam et tanta extinxisset infamia? Tamen post tot signa stultitia eorum atq; insania mtuere? Nonne hic est quem querunt mterficere? Vide quo pacto seipsos accusant. Querunt interficere: et nichil ei dicunt. Ecce palā loquitur. Que loquendi libertas magis eos irritabat. Sed nichil faciebant. Nūqd uere cognouerunt principes: quia hic est xpus. Vobis autem quid uidetur? quia deo eo fortis sententia? Contraria mquit propter̄ dicebat. Sed hunc scimus unde sit/ o malitia obstinata obstinatia No sequitur principū sententia sed alia corruptam asserit proprie stultitie consentanea. Scimus hunc mquit unde sit. Christus autem cū uenerit nemo scit. Atqui nō principes interrogati dicebant mbethleem nascituru. Et uterum quidā alij. Nos scimus qm moysi locutus est deus: hunc autem nescimus unde sit. Scimus unde est et nescimus. Verba profecto ebriorum. et uterum. Nūqd ex galilea uenit deus xpus? Nūqd ex bethleem castello. Ecce mfanorum sina scimus et nescimus. a bethlee uenit xpus: et cū uenit et xpus nemo nouit. Quid hoc magis contrariū. Id enim tantum sibi phiaserat: ne crederent. Quid igitur ad hoc xpus. et me scitis et unde sum scitis/ et a meipo nō uenio: sed est uerus qui misit me: quē uos nescitis/ et alibi in loco. Si me scitis: et patrem meum scietis

Quō ergo dicit a iudeis scīri unde sit/ et iterū neq; se neq; patrem
ab eisdem scīri? Nūquid cōtraria loquitur? Absit. Sed valde sibi cōstat.
Alterā autē dicit sententia dicēdo nescītis: qmodōcūq; dicit filij
Hely/ filij belial nescientes dñm/ et iterū. Israel autē me non
cognouit: et paulus cōfitentur se nosse deū: factis autē negant.
stat igitur. ut qui sciat nesciat inquit ergo: si me scītis: scītis qz
dei filius sum. Illa autē pticula. Vnde sum loqui nō denotat ut ex
sequētibq cōstat: et a meipso nō ueni: Sed uerus est: qui misit me:
quē uos nescītis. Ex quo notat operū nīstitiā: sicut et paulq inquit.
Confitent̄ se nosse deū factis autē negant. Neq; enī israelitē patrē
erat: sed prauī animi: qui cū scirent: scire nollent. Sed qmā hec
cōsequētia: Quō enī reprehendendo eorū dicta cōfirmat: nisi cū
illi dicerent. hinc autē scīmq unde est: addidit et me scītis. Quid
cū dixerunt illi: q nescirent: opinime. sed sequioq scire p̄fite
bantur. Verū ea sīa q̄ solū e trā esset: et fabri filius. Ipse at
intelligi eos erexit inquiens. Scītis unde sum hoc est nō ex hoc
mūdo ut suspicamini: sed unde ille: qui misit me. dicēdo autē
a meipso nō ueni/ sīgt eos scisse a patre missum: licq nō cōfite
rentur. dupliciter ergo eos reprehendit et primū quidē: q secreto
loqbantur: i medij addidit: apte eos cōfundens. deinde etiam
mentem eorū aperit: quasi dicat nō sum iudex nō sum abiectus.
Sed uerē qui misit me: quē uos nescītis. hoc est. Si uerus est:
in ueritate misit: si uerq est qui misit uerū etiā et qui mittit.
nō est ambigendū. preterea et proprius eos cōuincit rationibq.
Cum enī dicerent. Christus cū uenerit nemo scit/ unde sit. hic
ostendit se esse xp̄m. et enī illi hāc pticulam nemo ad distātia
localis cuiusdam diffinitionis: dicebant: unde se xp̄m esse: et a
patre uenisse profitetur. et semp sibi detractat pars cognitio
nem esse testatur dicens. Non q̄ patrē quis uidit: nisi quē
a patre: quibq uerbis irritati sunt dicēdo enī nescītis eū: et si
scītis scire dissimulatis. nō imerito eos fugebat: et irritabat.
Querebant q̄ eū apprehendere: et nemo misit i illū manū.
Quia nondū uenerat hora eius. Vides ne eos inuisibiliter dete
tos et furorem, eorū cohibitū. Cur autē nō apte dixit sed tātū
nondū uenerat hora eius/ humilius loqui uoluit: ut homo
crederetur. Cum enī frequēs sublimia de se loquat hac gratia
hec nō nūq; interserit. Cū autē dicit ab ipso sum nō ut pro

phera: sed ut qui eñ uiderit: et ñ eo fuerit loquitur. Non ẽ u
mquit/ quia ab ipso sum. Vides quo parto undiq; id dictũ cõfirmat:
a meipso nõ uenĩ: et illud qui misit me: uerus est: id cõtendes
ne deo alieno putaretur. Et considera ḡtiã in hac uerborũ humi-
litate existat utilitatis. post hec multi mquit dicebant. Christus
eñ uenerit: nũqd plura signa faciet: q̃p̃ q̃ hic facit. Quenam
signa: Atqui ea tantũ ab euãgelista memorantur/ uim/ pa-
ralitici/ et reguli filij. Ex quo cõstat q̃ sepe alias dixi multa p̃
termissa ab euãgelistis/ et pricipiũ maledicta pluribq; uerbis
enarrata. Querebant gẽ eñ apphendere et mterimere. Quidam
uidelicet nõ multitudo: q̃ non affectabat pricipatũ: neq; capie-
batur muidia: sed sacerdotes. ex multitudinis ea erat uerba. Chri-
stus eñ uenerit: nũquid plura signa faciet. Veritatẽ nõ firma
cordũ esse fides: sed qualis abiecte solet esse multitudinis. Illa enĩ
ptricula eñ uenerit nõ multũ credentiũ erat: q̃ esset xp̃us. Aut
gẽ hac sma aut p̃ cõtestionẽ dictum ẽ a turba: ac si cõiantibq; pri-
cipibus semp̃ p̃suadẽ eñ nõ esse xp̃m ipa diceret: esto nõ sit xp̃us.
at eñ uenerit: unde erit melior. Nam ut frequẽter dico: qui cras
siori sunt mgenio nõ doctrina et oratione sed signis allicuntur.
Audierũt gẽ pharizei turbã murmurãtem et mserũt mistros:
ut apphenderent eum. Vides q̃ sabbati solutionẽ rauisabant̃ sed q̃
maxie eos angẽt hoc erat. Nunc em michil habebant: qd̃ actusa
rent/ neq; re neq; uerbis/ propt̃ turbam eñ eum apphendẽ uolu
erũt. Ipsi aute propt̃ periculũ nõ sunt ausi: sed mserũt mistros
o violentia o stultitia uel misamia potius. Cum sepe conati eñ
apphendere nõ potuerit: mistris mãdarunt. Atqui multa
apud piscinã locuty est: et michil tale molitus sunt. Quesierũt
quidẽ: nõ tamẽ tentarũt. Nunc nõ ãplq; ppetiuntur: eñ turba
eñ esset cõsequutura. Quid gẽ xp̃us. adhuc modicũ tẽpus uobiscũ
sum: cũ posser et flectere et pterrere audientes ḡtia uis loquẽ
humilitate: Quasi dicat. Quid me iffestare q̃ritis. Quid me pse
quimini: ex modicũ expectate: et nõ q̃rentibus uobis me uobis
capiendũ exponã. Inde ne quis eoem morte arbitraretur: eñ
dixisset adhuc modicũ tẽpus uobiscũ sum: ita em arbitrabãt.
ut hãt tollẽt opinionẽ: quia nemo post finẽ prohibet: subdit.
et ubi sum ego uos nõ potestis uenire. Nã si p̃mã surq; huius
mmorte: nec sane potuissent. Eo nãq; omes proficiscimur.
Simplicior aute multitudo his uerbis mouebatur. Audatior

timebat: studiosior festinabat ad audiendū: ac si breue sibi te
pus relinqueretur: ad eius doctrīnā ꝓpiendā et nō dixit hic sū
sed nobiscū: hoc est ꝙnis me ꝓsequamini: ꝙnis exagitetis: nō tri
sabo tamen: quū nos edificem: et q̄ saluti nobis sunt ꝑdicem
et admonea. et uado ad eū: qui misit me. hec ptcula sufficien
ens erat: q̄ terrore mtuerer et sollicitudine. q̄ eā se mdige
rent: ostendit. Quereris n' memquit/ nō solū oblionoi nō da
bitis: sed q̄retis me et nō ꝛueniens/ et ubi nā q̄sieri eum
uidet: dicit hircas q̄ plangebant mulieres sup eo: ita et alios
multos credibile est. et statim raptis hierosolimis christi
et miraculorū eius meminisse/ et eū desiderasse debuerunt.
hec aute ait Jhesus: ut eos alliceret. q̄ eam modicū ꝛepius
relinq̄retur et post abitū suū desideraretur: neq; potuerit am
plius reperiri satis eos allicere debuisset. nā si nō erat futu
rum/ ut desideraretur: mchil ꝓsuasione digni dedisset dixisset.
Si nō desideādq erat/ et tamē potuisset ꝛuemiri nō multum
eos mouisset. at si diutius cū ijs pmansurq fuisset/ hoc etiam
eos negligentiores reddidisset. hijs aute uerbis plurimū eos
exatat et ꝓterret. hec aute ptcula uado ad eū qui misit me:
mchil sibi defuturi eorū ꝛisidias allaturas/ et sponte sua se pas
sione subiturū significat. Dixo ergo ꝑdixit: et se paulo post abi
turū et illos ad ipm nō uenturos. Quod nō fuit hūanitatē:
ut finē suum ꝑderet. Quare dauid Notū mchi fac inquit
finē meū: et numerū dierū meorū quis est: ut sciam: quid
desit mihi. et profecto nemo hoc nouit. Ex uno aute et
alterū cōfirmatur. Ego aute hec uerba ad mmistros dic
ta arbitror, ut eos maxiē alliceret: ostendendo se aduentus
eorū causam ꝛtelligere. Quasi diceret expectate paulum/
et abibo. dicebāt go iudei ad semetipsos. Quo hic uirus est:
Atqui ad illi desiderabant: et totis uiribus mtebantur: ut abi
ret: ne eū uiderent. Quāobrē nō erat eis q̄rendū: quo esset itu
rus sed ꝓferenda letitia: et rogandū q̄n abiret. Verū moue
hijs uerbis: et serui stulte suspicātur. Quo abiturus sit/ nūq̄d
m dispsionē gentiū. hoc ē q̄ iudei dispsionē gentes appellabāt
quia ubiq; dispersē essēt. et promissue uitrem misereturur:
quia ignominiā ipsi postmodū subierūt. Ipsi nāq; facti sunt
dispsio. Antiquitus enī iudeorū natio in sola palestina et

nusq̄ alibi memebatur: propterea dispsionē gentiles no
tabant eis exprobrando se iactando. Q̄ aut̄ dicit. Quo ego va
do uos nō potestis uenire. Illis omnes tūc cōmisti erat: et
ubiq̄ terrarū erat iudei. Non ergo si gentes significaret
diceret: quo uado: uos nō potestis uenire. Nā illis dicentibq
mitigādm dispsionē gētiū iturq est: nō ut offenderet: sed do
ceret: ijs usus est uerbis: quibq sedata ira crediderunt: neq
enī aliter quesissent tunc quid diceret. Verū her illis dicta sūt.
Sed timendū ne ī nobis quoq; ea uerba locū habeāt: q ubi est
uenire nō possitmq. siquidē mira nīra fraleritū plena est.
De discipulis enī ait. Volo ut ubi ego sum: et illi sint mecum.
De nobis cōtra timeo ne dicatur. Ubi ego sum: uos nō potes
tis uenire. Quō enī poterimq tū cōtraria q̄ p̄cipiam: ope
ramur. et cū mē secuti homēs: hquis militū p̄ter regis vo
luntatem facit: ad regē nō admittitur: sed munere et dig
nitate exauctoratus: ultrō afficitur supplitio. Indē et nos tū
cupiditati seruimq: tū uni mferimq: tū uerberamus: tū
nō facimq elcemosinā: illuc nullo pacto admittemur. Sed ā
nobis q̄ et urgimbus arridet: quibq ad sponsum ī gredi nō
licuit sed extrictis lampadibq/ hoc ē gra deficiente abierūt. cū
ignē ullum q̄ē spūs gra statim accepimq: modo uelimq: aug
bimq: sni mimq: extiguetur: quo extincto sole tenebre ānas nos
tras occupabunt. Vt enī ardente lampade lux undiq diffū
ditur: ita extricta occupant tenebre. Jō mquit nolite spm
